HOMILIARIUM

2. Hälfte 12. Jh. Seite 143v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25961
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ginem transformamur. quicumque vero revelamus ad eum viam nostram.
·I· eiusque vestigia fide non sequimur fiet illa. Et videntes eum inquit
adoraverunt, quidam autem dubitaverunt. Si querimus unde
dubitaverunt qui videntes dominum adoraverunt. nulla magis cau
sa occurrit. quam ea cuius lucas meminit. cum ipso resurrectio
nis die discipulis eum apparuisse narraret. conturbati vero et con
territi existimabant se spiritum videre. Videntes ergo dominum cognos
cunt, et quia hunc dominum esse didicerant. dimissis in terram vul
tibus adorant. sed inerat mentibus eorum non contempnenda dubietas,
quia non se corpus in quo passus est resuscitatum. sed spiritum quem finita passio
ne tradidit solum videre putabant. Unde confestim magis ter
·II· pius et eos qui iam crediderunt in fide confortat. et illos qui
adhuc dubitaverunt ad fidei gratiam convocat, omnibus
scilicet intimans ad quantam glorie magnificentiam as
sumpta per hominibus et morti data humanitas resur
gendo pervenerit. Data est inquit mihi omnis potestas in
celo et in terra. Non enim hec de coeterna patri divinitate sed de
assumpta loquitur humanitate. quam suscipiendo minoratus est
paulo minus ab angelis. et in qua resurgendo a mortuis gloria et ho
nore coronatus est. et constitutus super opera manuum patris. omniaque
subiecta pedibus eius. in tantum quod omnia etiam mors ipsa que ei ad tempus pre
valere visa est eius pedibus substrata est. Quod ergo psalmista de domino
resurgente a mortuis ait patri. omnia subiecisti sub pedibus eius.
·ii· hoc est utique quod resurgens a mortuis ipse dominus ait discipulis, data
est mihi omnis potestas in celo et in terra. Et quidem priusquam a morte
resurgeret. noverant angelice virtutes iure se subditam homini
quem a suo conditore specialiter assumptum esse videbant. sed ceteri
in terra homines dedignabantur ei subici. quem communi secum
mortalitate cognoverant indutum, contempnebant eius virtutem
in miraculis intellegere divinam. cum infirmitatem in passionibus
inesse cernebant humanam. Propter quod benigne mediator ipse dei